

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

C. 37. 3 - 19

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

RESPONSIONVM CASVVM CONSCIENTIAE,

QVI OMNIBVS CVRATIS, ac Pœnitentiarijs ſingulis menſibus coram Illuſtr. ac Reu. Card. Palęoto Archiepiſc. Bonon. proponuntur,

PARTES DVÆ.

PER ADMODVM R. P. LODOVICVM DE BEIA
Palæſtrelum Luſitanum Ordinis Eremitarum Theologum,
PVBLICVM IN BONON. GYMNASIO Sacræ Scripturæ profeſſorem & Caſuum Conſcientiæ in Cathedrali Lectorem.

Huic poſtremæ impreſſioni additi ſunt duo breues, ſed doctiſſimi Tractatus, Alter quidem de contractibus liuellarijs. Alter verò de venditione rerum fructuoſarum ad terminum.

Item Secunda Pars nunquam antea impreſſa.

CVM PRIVILEGIO.



BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

VENETIIS, Apud Io. Baptiſtam, & Io. Bernardum Sceſſam. 1597.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

S. D. N. SIXTO V.
PONT. OPT. MAX.

S. ET FELICITATEM
PRÆCATVR.

F. Lodouicus de Beia Paleſtrelus ord. Erem. S. Aug. Sacræ Theologiæ doctor, eiuſdemque publicus in Bononienſi Academia profeſſor.

MEmini, Beatiſsime Pater, dixiſſe vindicem, & aſſertorem libertatis noſtræ hominum Sũmum magiſtrum, Chriſtum Ieſum cum ad delectos ſuos ſermonem haberet. Ego ſum uitis, & uos palmites. Recordor, Eccleſia Catholicam uineam vocari. Intelligo tibi cum perſonæ Pont. dignitate prouincia hac ab eo eſſe mandata, qui ſe in ſuum locũ ſuſtinuit; & uineę dilectę procurationem commiſit. Quocirca uideo, par eſſe, ut quibus

pars aliqua excolenda ſit tributa, ij, ut uillici, tibi ſummo cuſtodi, & magiſtro rationem reddant uillicationis ſuæ. Fui multis ab hinc annis, in ſtudio diuinarum literarum uerſatus, in florentiſſima Academia Conimbricenſi, patria mea, ubi in numerum eorum, qui ſancti Patris Auguſtini inſtitutis uitam perſequuntur, ſum cooptatus. Inde poſt longum tempus, ante annos ferè quatuordecim, ſummi diſciplinæ Auguſtinianæ Magiſtri Thadei Peruſini decreto, in Italia ueni. Cum, & Romæ uixiſſem, & Peruſiæ, ac Florentiæ per aliquot annos, Theologiæ myſteria publicè interpretarer, ante annos decem Bononiam traductus, in Academia, eandem perſonam uſque ad hoc tempus ſuſtineo: conor pro mea uirili, & officio ſatisfacere, & gymnaſij dignitati reſpondere, & auditorum commodis ſeruire. Ex eo etiam die Illuſtriſi-

BIBLIOTECA COLUMBINA DI SIVIGLIA

mi

mi Cardi. Paleoti seruituti addictus, bis singulis hebdomadibus in Ecclesia Archiepiscopali, de officio confessarij, sermonem instituto, casus quos uocamus conscientiæ explano; & collectis in unũ curatis omnibus, præsente eodem Illustrissimo Archiepiscopo, singulis mensibus difficillimos quoque casus in dies occurentes propono, & post uarias à cæteris dictas pro cuiusque ingenio, ac doctrina, sententias, rectam pronuncio, quid tenendum, quid fugiendum indico. Quæ res quantæ, magnitudinis, vtilitatis sit, nemo est, qui ignoret. Sed ut fructum aliquem meæ procurationis, & diligentiæ exhibeam, ne abscondisse creditum mihi talentum videar, ex multis hæc collegi, quæ versantibus in uinea hac Ecclesiæ Catholicæ, utilia, & consentanea puto. Et ut non solum Bononienses uillici, hoc est Paro-